



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Widerlegung der Notel/ damit die Sacramentirer zu
Dantzig/ jhren Jrthumb vnd Verfolgung/ verkleistern vnd
bedecken wollen/ vnd die arme Kirche daselbst höchlich
drucken vnd beschweren/ Geschrieben an ...**

Morgenstern, Benedikt

Gedruckt zu Eisleben

VD16 M 6341

handschriftliche Notizen

urn:nbn:de:hbz:466:1-36942

Augustinus ad Fortunatum ^{ep. viii.}
Nep. quorumlibet disputationes, quamvis Catholicorum & laudatorum hominum, veluti
Scripturas Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salua honorificentia, quae illis
debetur hominibus, aliquid ex eorum scripturis improbare aut respicere.

Ambrosius de Virginit. lib. 4.

Nos noua omnia, quae Christus non docuit iure damnamus, quia fidelibus via Christi
est. Si igitur Christus non docuit, quod docemus, etiam nos id detestabile in
dicamus.

August. lib. 2. contra Cresconium

Grammaticum cap. 32.

Ego huius Epistolae auctoritate non teneor, quia libros Syriacos, non ut Canonicas habeo, sed
eas ex canonicis considero, & quod in eis diuinarum Scripturarum auctoritati conuenit,
cum laude eius accipio: quod autem non conuenit, cum pace eius respicio.

Tria hic vetus docet August. primum ut, magnum inter Scripturas Canonicas
& paucorum scripta, esse discrimen. Alterum, quod cum iudicio sint liganda iuxta
Pauli doctrinam: quod omnia probata, sed quod bonum ac scriptura consonum ut
relinnere iubet populum, Scripturam Sacram, in omnibus rebus. Subijs ac
conuocatis, vnam esse Iudicem.

Idem ad Vincentium Donatistam Ep. 48.

Noli frater, contra diuina, tam clara, tam indubitata testimonia, colligere velle
calumnias ex Episcopo scriptis, siue nostrorum, siue Hilarij, Primi, quia hoc
genus literarum, ab auctoritate Canonis distinguendum est. Non enim sic loquuntur,
tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicuti fortis
aliter senserint, quam veritas postulat. &c.

Item ad Vincentium Victorem lib. 2.

Negare non possum, nec debeo, sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis
opusculis meis, quae possunt iusto iudicio, & nulla temeritate culpari.

Item ad Hieronymum Ep. 19.

Ego enim fateor charitati tuae solis eis scripturae per libros, qui iam Canonici appel-
lantur, didici hunc honorem timoreque deferre, ut nullum eorum auctorem
scribendo aliquid errasse firmissime credam, &c. Alios ita lego, ut qualibet
saccharitate doctrinaque praepollent, non ideo verum putem, quia ipsi ita fecerunt,
sed quia mihi per illas Canonicas, vel probabili ratione, quae si vero non abhorreat,
persuadere potuerunt, &c.

frangimus ad canonam ac vicinas deo.
Si diuinarum Scripturarum, earum scilicet, quae Canonicae in Ecclesia nominatim
per spicua firmatur auctoritate aliquid, sine ulla dubitatione credendum est. In
vero testibus, vel testimonijs, quibus aliquid credendum esse suadetur, ubi
debe vel non credere liceat, quantum meriti ea admonentem, ad faciendam
fidem vel habere, vel non habere, perpendemus.

Ambrosius lib. 1. Officiorum.

Quae in Scripturis sacris non reperiuntur, ea quemadmodum volumus, mutari
possumus.

Chrysost. in opere imperfecto in Matt. Homil. 49.

Ostendens per haec Dominus, quomodo ex ipsis Ecclesijs veris, frequenter
seductores, propterea nec ipsis omnino credendum est, nisi ea dicant
faciant, quae conuenientia sunt Scripturis.

Theophylactus in Ep. ad Rom. Cap. ult.

Qui aliquid adferunt praeter Apostolorum doctrinam, scandala ac dissensiones
& dissensiones inducunt.





